



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118561

§. 81. Polus Cæsaris jussu in Germania detentus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæc. XVI.

A. C. 1553.

§. LXXXI.

*Polus Cæsaris jussu in Germania detentus.**Pall. l. 13.**c. 8. n. 5.**Ciacon. t. 3.**p. 631.*

Nihilominus insuper habitis Dandini Legati rationibus, ac Reginæ literis Polus iter suum proferebatur, postquam vero paucas intra ditionem Wirtembergensis Ducis, a quo securitatis literas accepit, leucas confecerat, obviam habuit Joannem Mendozam, qui Hispanorum equitum agmini Augustæ præerat. Hic nomine Cæsaris Polum accedens eidem hæc significabat: „Imperator maturius pensato Angliæ statu Reginæ, cui sanguine junctus est, commodis prospicere, ejusque res promovere sese obstrictum censet: quapropter minus consultum existimat præproprium tuum accessum ad Londinensem Augustam, atque idcirco petit Imperator, ut vel ibi, vel in alio itineris loco, donec nec aliud nuntietur, subsistere velis, tibi que Leodiensem urbem, si illa tibi præ ceteris placuerit, seligere poteris.„ Hic de Caroli mandato haud parum attonitus hæsit Polus, ac Dilingam urbem Tridento parum distitam reversus inde datis ad Cæsarem literis eidem exponerebat, Cæsareæ Majestati indecens esse, quod Papæ Legatus in Religionis causa decretus tam indigno modo habe-

beat, & non sine Ecclesiæ ignominia, Sæcul. XVI.
A. C. 1553.
ac Pontificis contemptu in Germaniæ
centro spectantibus hæreticis subsistere
compellatur, nec non nomine, jussu-
que Christiani Cæsaris tanta injuria af-
ficiatur. Porro cum Polus jam hujus
Imperatoris indolem sibi probe perspe-
ctam haberet, hancque objurgationem
ad mutandum ejus animum satis vali-
dam fore censeret, ad prosperum con-
siliij sui successum opera utebatur cujus-
dam religiosi ex Ordine S. Dominici, qui
Caroli conscientiam moderabatur.

§. LXXXII.

*Pro obtinenda abeundi facultati Polus
Dominici Soti opera usus.*

Erat hic Religiosus Dominicus Soto, Pallav. n. 6.
Ciacon, l. c.
seu Sotus natione Hispanus, qui
periculoso, ac tædioso hoc munere apud
Cæsarem per plures annos functus, tan-
dem ab aula recedendi facultatem obti-
nerat, ut sese eo liberius impugnandis
novis hæreticorum erroribus totum im-
pendere posset, quam in rem opera uteba-
tur Martini Olavi Doctoris, qui postea
D. Ignatii Societatem ingressus est. De
cetero hos ambos Doctores Cardinalis
Otto Truchsesius Augustanus Episcopus
eo induxerat, ut Dilinganam Universita-
tem nuper ab eo conditam administra-
rent, Sotus acceptis a Polo literis ad
T t 3 ejus-